

tellectum litteræ transit, cui Dominus in his cui A credunt auditum restaurat fidei, et obedientem evangelici facit mandati.

243. Princeps sacerdotum, qui scidit vestimentum suum in Domini passione (*Ibid.*), indicat Hebræum populum nudatum sacerdotio, et evacuatum regno scisso.

244. Barabbas, qui Judæis dimittitur (*Matth.* xvii), significat Antichristum, quem illi errantes meruerunt suscipere pro Christo.

245. Herodes et Pilatus, qui, cum essent discordes, in passione Domini amicitia fœderantur (*Luc.* xxiii), indicant primum divisos fuisse utrosque populos circumcisionis et gentium, qui tamen per passionem Domini in fide concordaverunt.

246. Simon Cyrenæus, cui gestandam crucem B imposuerunt (*Ibid.*), 151 gentium populus intelligitur, qui peregrinus in lege, obediens efficitur Evangelio, crucis ipse Christi vector, et fidei bajulus factus.

250. In Isidorianis, cap. 94, num. 18, notavi quamdam varietatem lectionis in fine Allegoriarum ex Co-

247. Duolatrões (*Ibid.*) populum exprimunt Judæorum et gentium: quorum unus incredulus blasphemat Christum in cruce pendentem, alter fidelis Judæos increpat blasphemantes.

248. Quatuor milites, qui quatuor partes sibi de Jesu vestimentis fecerunt (*Psal.* cxviii, 162), præfiguraverunt quatuor partes mundi, qui diviserunt sibi eloquia Christi, sicut scriptum est: *Labor ego super eloquia tua, sicut qui invenit spolia multa.*

249. Mulieres quæ apostolis Domini resurrectionem annuntiant, lex et prophetia intelliguntur, quæ gloriam resurrectionis Christi, antequam revelaretur, quasi præcursores prædicaverunt.

250. Septem discipuli, cum quibus Dominus post resurrectionem suam convivasse describitur, septimam indicant post resurrectionis futuræ requiem, per quam omnes sancti per Christum æterna beatitudinis refectione saturabuntur, ad quam saturitatem nos perducat Christus. Amen.

dice Vaticano 629, quem ibi descripsi. AREV

SANCTI ISIDORI

HISPALENSIS EPISCOPI

DE ORTU ET OBITU PATRUM

QUI IN SCRIPTURA LAUDIBUS EFFERUNTUR.

152 Præfatio.

1. Quorundam sanctorum patrum nobilissimorumque virorum ortus vel gesta cum genealogiis suis in hoc libello indita sunt; dignitas quoque, et mors eorum, atque sepultura, sententiali brevitate notata. Quæ, quamvis omnibus nota sint qui per amplitudinem percurrunt Scripturarum, facilius tamen ad memoriam redeunt dum brevi sermone leguntur.

EX VETERI TESTAMENTO.

I.	Adam.	XVII.	Dan.	XXXIII.	David.
II.	Abel.	XVIII.	Gad.	XXXIV.	Salomon.
III.	Enoch.	XIX.	Aser.	XXXV.	Elias.
IV.	Noe.	XX.	Nephtalim.	XXXVI.	Eliseus.
V.	Melchisedech.	XXI.	Benjamin.	XXXVII.	Isaia.
VI.	Abraham.	XXII.	Ephraim.	XXXVIII.	Jeremias.
VII.	Isaac.	XXIII.	153 Manasses.	XXXIX.	Ezechiel.
VIII.	Jacob.	XXIV.	Job.	XL.	Daniel.
IX.	Loth.	XXV.	Moyses.	XLI.	Osee.
X.	Joseph.	XXVI.	Aaron.	XLII.	Joel.
XI.	Judas.	XXVII.	Josue.	XLIII.	Amos.
XII.	Ruben.	XXVIII.	Phinees.	XLIV.	Abdias.
XIII.	Simeon.	XXIX.	Gedeon.	XLV.	Jonas.
XIV.	Levi.	XXX.	Jephte.	XLVI.	Micheas.
XV.	Zabulon.	XXXI.	Samson.	XLVII.	Nahum.
XVI.	Issachar.	XXXII.	Samuel.	XLVIII.	Habacuc.

CAP. 1. 1. De his vid. Hieron. Epiphan. Doroth. Synopsin, et Josephum. FONTIDONIUS.
Ibid. Librum de ortu et obitu Patrum cum octo mss.
libris Petrus Fontidonius contulit ac breves quasdam

notas adjecit, quas proinde Fontidonii nomine subscripto allegabo. Quid de hoc libro sentiendum, uberius expositum fuit in Isidorianis, cap. 61. AREV.